



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Hierakosophion

Demetrius <Pepagomenus>

Lvtetiae, 1612

cii. Ad eum qui concoquit quide[m], sed carne[m] reijcit.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12846

*Ad eum qui concoquit quidem, sed
carnem reijcit.*

EI vinum vetus detur cum carne, & recuperabit appetitum: deinde postridie quinque grana geponomi trita eidem obciantur cum particula carnis.

Ad eum, qui non concoquit.

SI non concoquit, & cibum euomit, ita curabis. costi & folij drachmæ singulæ. laseris semidrachma, melli quam optimo permisceantur, & dentur accipitri, atque aliquanto post ei cibus præbeatur columba. Alij hoc remedio vtuntur. oui recentis vitelli, mellis, olei sufficientes partes permistas & subactas ipsi præbent edendas cum carne. Quidam etiam vinum admiscent, vt efficacius remedium sit. Sunt qui dent tribus particulis carnis reū Ponticum additum. Nonnulli folia spicæ nardi & geponomi æquo pondere trita vino Amineo conspersa infundunt, aut geponomum leuigatum, carni immistum accipitri esurienti apponunt, ne odorem sentiat.

K iij